



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

XXXVIII. Lite pendente nihil est innouandum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ferre crucem , quousque diffinitiuā sententia determinetur , an id ecclesia tua de iure habere debeat.

ANNO
CHRISTI
1179.

C A P. XXXVIII.

Lucius III. Magistro & fratribus militiae S. Iacobi.

Vestra deuotio duxit inquirendum , vtrum nobis ecclēsias parochiales adeuntibus vtile sit Missas eorum audire , qui concubinas habere creduntur. De hoc enim videtur diuersæ sacrorum Canonum sententiæ manasse. Alicubi enim dicitur : Nullus audiat Missam presbyteri , quem scit indubitanter concubinam habere. Alicubi legitur : Non potest quis quantumcumque pollutus , diuina sacramenta polluere , quæ purgatoria cunctarum pollutio-
num existunt. Quicumque enim sacerdos sit , quæ sancta sunt coquinare non potest. Sumite ergo ab omni sacerdote intrepide Christi mysteria , quia omnia in fide Christi purgantur. Ceterum aliud crimen est notorium , aliud occultum. Notorium diffinitur , de quo presbyter canonice condemnatur : occultum , quod adhuc ab ecclesia toleratur. Item aliud est a talium officiis abstinere , vt peccandi licentia ceteris auferatur , & huiusmodi ad poenitentiæ fructum trahantur : atque aliud , si tamquam falsa in fornicatione iacentium talia mysteria respuantur. Sine dubitatione itaque teneatis , quod a clericis & presbyteris quamvis fornicariis , quamdiu ab ecclesia tolerantur , nec est cri-
men euidens , licite audiuntur diuina officia , & alia recipiuntur ecclesiastica sacramenta.

Quod fit
notorium
crimen.
Quod oc-
cultum.

C A P. XXXIX. *Item Strigonienſi archiepiscopo.*

Ad apostolicæ sedis regimen , &c. Intelleximus ex li-
teris tuis , quod quædam consuetudo in Hungaria inole-
uit , vt populi multitudo plerumque de parochia episco-
pi vnius in alterius dioceſin transferatur. In qua licet per
multa tempora moram habuerint , vterque tamen episco-
porum , tam is a cuitis parochia receſſerunt , quam is in
cuius parochia commorantur , eorum decimas exigit , &
eos , niſi ad voluntatem ipsius foluant , interdicto suppo-
nit : vnde inuidiæ & plurimæ contentiones oriuntur. Ideo-
que tua fraternitas nos duxit consulendos , cui potius de-
cimæ ſint reddendæ. Noueris ergo quod ſi de artificio , vel